Quelle: https://manuscripta.at/?ID=874
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

palestrici. a pugillatoria pugiles distinctis qualitatum uocabulis appellant. non eodem modo in eumque potentia naturali. Cursus enim potentia naturalis secundum quam cursores uocamur. Et rursus potentia pugillandi et potentia palestrizandi suo nomine distincta non sunt. Cur enim dicatur cursor si interrogemur de eo quod nondum est cursor. dicimur secundum potentiam naturalem. Cur palestricus eodem quo; modo secundum potentiam respondemus. Quare pugillator quod nondum est pugil. ab eadem quo; potentia naturali nominatur. Si quod habet hec potentia naturalis propium nomen ita distinctis uocabulis appellaretur ut in his qualitatibus; in quibus; pe nomen est positum ut in cursu. et in palestra. et arte pugillatoria. Et hoc est quod ait.

In aliquibus; uero eo quod non sint posita qualitatibus; nomina non iungit abhis aliquid denominatiue dici. V et hoc scilicet demonstraret cursorem quodem quia iam curreret a cursu esse dictum. Cursorem uero quia secundum potentiam currendi dicetur [illegible] non uocari a cursu. sed tantum a potentia cum potentie [illegible] nomen propium non esset. Que hec omnia que secundum potentiam naturalem dicuntur a nulla qualitate denominatiua sunt. ecce quod hec qualitates a quibus; denominari possent propis nominibus; carent. Que uero ita sunt ut non ex potentia sed; affectione dicantur. abhis qualitatibus; ad quas sese aliquem habent denominatiue dicuntur. quas aristoteles hoc modo prutit dicens.

Non enim posita sunt nomina uaritudinibus; secundum quas iste qles dicuntur. sicut in disciplinis secundum quas pugillatores et palestrici secundum affectionem dicuntur. Pugillatoria enim disciplina dicitur. Qles uero abhis denominatiue hui quod afficiunt dicuntur. Docent quod omnia quae a quibus; data qualitatibus; dici putarentur uere quod a qualitatibus; non predicari ut in his qualitatibus; quibus; propium nomen non [illegible] est emin[illegible] e. Illud quod; monstrat ut hoc in pluribus; euenire ut [illegible] et [illegible] de ppositis qualitatibus; qlia denominatiue dicantur. Restat quod quod reliquum est ut dicat esse qualitates qsda quorum cum nomen sit positum abhis ipsis rebus que illa rerum participant denominatiue non dici ut uirtus. Ha cum uirtus qualitas sit. et enim habitus quda omnis uero habitus qualitas. Ergo quicumque; uirtute participat non secundum ea denominatiue dicitur. In denominatione enim quorendum est. ut semper idem permaneat nomen. Ineo autem quod uirtute parti